Nr. 12. Dodatek do Tygodnika katolickiego Nr. 12.

Kronika Soborowa.

XII.

Rzym, dnia 11 marca.

Wszystkich kongregacyi do dnia dzisiejszego odbyło się 29. Mówców przemawiało 152. i to: nad schematem *o wierze* 35, o dyscyplinie 76, o małym katechiźmie 41.

Myliłby się, ktoby utrzymywał, że Ojcowie Soboru prócz na sesyach w bazylice św. Piotra, nie zajmują się już niczym zgoła. Odbywają oni częste osobne zebrania i tam rozbierają razem z wielkim pożytkiem materye przedłożone, ażeby się oświecić i porozumieć. Biskupi wschodni zbierają się osobno, pilnując dobra i interesów swoich kościołów, obmyślają środki najstósowniejsze celem przyciągnięcia schizmatyków do Kościoła katolickiego, apostolskiego i ażeby przedłożyć Soborowi oraz Ojcu św. do potwierdzenia rozmaite projekta odnoszące się do dobra duchownego katolików Wschodu.

Również i Biskupi z Misyi nie są bezczynni. Zgromadzają się kilkakrotnie tygodniowo w salach Propagandy i odbywają konferencye wielce pożyteczne ze względu na przyszłość Misyi w krajach pogańskich.

Z porozumienia się tych dusz tyle gorliwych o zbawienie ludów, wyniknie zadziwiająca jednozgodność we wspólnych przedsięwzięciach. Jest także mowa o nowém oznaczeniu granic dyecezyi i o utworzeniu nowych wikaryatów apostolskich. Sobór Watykański otworzy nową erę dla Misyi apostolskich i da silny impul rozszerzaniu wiary katolickiéj. W wielu stronach mimo prześladowań i ucisków rozmaitych, widać, że krew męczenników i pot i prace tylu świętych Misyonarzy jest dobrém, plenném nasieniem chrześciańskiém; nasienie to kielkuje, zaś by wzmogło się, rozrastało i wydawało zbawienne i pomyślne owoce dla ludów, potrzeba tylko więcéj robotników ewangielicznych. Jeżeli wszystko budzi nadzieję wiary i błogosławieństwa dla niektórych krajów pogańskich, czyż z drugiéj strony nie możnaby się lękać, że to jest zapowiedzią rychłego upadku dla wielu okolic staréj Europy, które uporczywie zamykają oczy na światło wiary, z demoniczną zaciekłością prześladują ją, tępią w sercach, i wyrzucają z wszystkich instytucyi publicznych i prywatnych?

Okrom kongregacyi generalnych są jeszcze zebrania wielkich komisyi, których zadaniem jest już to wygotować najpierwsze materyały, jużto zredagować ostatecznie kanony i dekreta mające być ogłoszone. I te komisye zgromadzają się często, mianowicie komisya Postulatów, która rano i wieczór codziennie się zbiera, gdy niema generalnych kongregacyi....

W naszéj epoce wszystko dzieje się z gorączkowym pospiechem; ludzie przyzwyczajeni do tego, dziwią się, że dotąd żadnego jeszcze nie ogłoszono dekretu. Owoż na Soborze inaksza jest praktyka niż na sejmach, gdzie prawa uchwalone na jednéj sesyi, na drugiéj zmienić lub zmodyfikować można. Na Soborze wszystko odbywa się spokojnie, z rozwagą i z dojrzałością. Bądźmy przeto spokojni i cierpliwi! Niezadługo zaczną się znowu sesye publiczne. Następować będą dość szybko po sobie, a liczne dekreta ogłoszone na nich, pokażą, jak pełne pracy oraz jak pożyteczne były zebrania Ojców soborowych.

W ciągu ostatniego tygodnia nie było generalnéj kongregacyi Soborowéj i prawdopodobnie ani w tym się nie odbędzie. Niektórzy sądzą, że Ojcowie mogliby się zebrać 17. marca, w dniu, w którym kończy się termin wyznaczony dla składania uwag przez biskupów nad schematem o papieztwie i o nieomylności Papieża; lecz jest to tylko przypuszczenie niczém nieuzasadnione. Jeżeli dnia 17. b. m. nie odbędzie się kongregacya, z porządku XXX, nie będzie się mogła zebrać przed 22. b. m., gdyż 18. w pałacu watykańskim będzie kazanie papiezkie, 19. przypada uroczystość św. Józefa, święto w Rzymie obowięzujące, 20. jest niedziela, a 21. według wszelkiego prawdopodobieństwa Ojciec św. odprawi tajny konsystorz i będzie prekonizował pewną liczbę biskupów. Więc dopiero 22. marca jest pierwszym dniem wolnym. Miéjmy nadzieję, że w dniu tym zbiorą się Ojcowie, ażeby rozpocząć rozprawy nad ważnemi kwestyami, które cały świat katolicki w zawieszeniu trzymają. Kongregacye generalne byłyby więc przerwane przez cały miesiąc, gdyż ostatnia, XXIX odbyła się 22. lutego.

To zawieszenie publicznych sesyi Soborowych może się niejednemu wydawać zbyt długim; lecz nie trzeba zapominać o zbieraniach się komisyi i o ich pracach.

W ostatnim czasie wiele rozprawiano o zamiarze niektórych rządów katolickich, żeby interweniować w rozprawach Soboru, i utrzymywano napewne, że wysłano do Rzymu rozmaite noty dyplomatyczne w tym sensie. Jest w tym wszystkim nieco prawdy. Pewne rządy chcą wywrzeć nacisk na rozprawy Soboru. Mówią, że w tym kierunku działają tak zwani liberalni katolicy, mianowicie francuzcy, gdyż do tych rządów, głównie rząd francuzki należy. Nacisk ten będzie bezskuteczny. Biskupi nie pozwolą gwałcić sumień swoich, nie wiedzą co to bojaźń i dopełnią obowiązków swoich tak jak im sumienie każe. Biskupi, są to ludzie podeszli w wieku, doświadczeni i światli. Zresztą niema się czego lękać: Ojcowie nie uradzą nic takiego, coby się dobru społeczeństwa sprzeciwiało. Niechże się dyplomaci nie frasują. Niebezpieczeństwo skądinąd zagraża, a nie ze strony Soboru.

Ojciec św. mimo licznych zajęć i prac przeróżnych, cieszy się najlepszym zdrowiem.

Ojcowie Soboru odbierają z stron rozmaitych ro-

zmaite broszury bardzo różnéj nieraz treści. Przed kilku dniami wyszła w Neapolu broszura Biskupa orleańskiego w odpowiedzi na list biskupa Dechampsa. Odpowiedź ta jest obszerna, gorąca, i rozbiera zarzuty jeden po drugim, a przedewszystkim usiłuje wykazać, że nauka o nieomylności ani nie była zawsze jednozgodnie głoszoną, ani obecnie jest stósowną, a tym mniéj konieczną. Broszura biskupa Dupanloup doszła rąk pewnéj tylko liczby Ojców Soboru.

Ponieważ, jak już nadmieniliśmy, od miesiąca nie odbyła się żadna publiczna kongregacya, zaczym też nie wiele jest rzeczy do zapisania w *Kronice*, przeto podamy tu kilka dokumentów stojących w bliższym lub dalszym związku z Soborem. Najważniejszym pono dokumentem jest tak zwany *dodatkowy rozdział* do dekretu o prymacie rzymskiego Papieża. *Rozdział* ten zawiera żądanie oraz uzasadnienie ogłoszenia jako dogmatu nauki o nieomylności papiezkiéj. Dokument ten i tak zwane *Monitum* sekretarza Soboru, biskupa Fesslera, podała najpierw *Koelnische Ztg.*, a następnie *Augsburger allg. Ztg.* Ta ostatnia ma tekst w kilku miejscach poprawniejszy i więcéj zbliżony do prawdy. Jeżeli dokument ten jest autentyczny, mógł on znowu tylko przez grubą niedyskrecyą wyjść przed czasem na widok publiczny. Bądź jak bądź, my go zamieszczamy w tekście i w tłomaczeniu jak następuje:

Caput addendum decreto de Romani Pontificis Primatu. Romanum Pontificem in rebus fidei et morum definiendis errare non posse. Sancta Romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam catholicam ecclesiam obtinet, quem se ab ipso domino in beato Petro, apostolorum principe, cujus Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicuti prae caeteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones suo debent judicio definiri.[1]) Et quia non potest domini nostri Jesu Christi praetermitti sententia dicentis: „tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam,“[2]) haec quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica immaculata est semper catholica servata religio et sancta celebrata doctrina[3]): hinc sacro approbante concilio docemus et tamquam fidei dogma definimus per divinam assistentiam fieri, ut Romanus Pontifex, qui in persona beati Petri dictum est ab eodem domino nostro Jesu Chrtsto: „ego pro te rogavi ut non deficiat fides tua,“[4]) cum supremi omnium Christianorum doctoris munere fungens pro auctoritate definit quid in rebus fidei et morum ab universa ecclesia tenendum sit, errare non possit; et hanc Romani Pontificis inerrantiae seu infallibilitatis peaerogativam ad idem objectum porrigi, ad quod infallibilitas ecclesiae extenditur. Si quis autem huic nostrae definitioni contradicere, quod Deus avertat, praesumpserit, sciat se a veritate fidei catholicae et ab unitate ecclesiae defecisse.

Monitum.

Cum plurimi Episcopi petierint a Sanctissimo Domino Nostro, ut Concilio proponatur thema de infallibilitate Romani Pontificis, idemque Sanctissimus Dominus Noster, de consilio peculiaris Congregationis pro recipiendis et expendendis Patrum propositionibus deputatae memoratae petitioni annuere dignatus sit; idcirco Rmis Concilii Patribus examinanda distribuitur formula novi capitis ea de re agentis: quae formula schemati Constitutionis Dogmaticae de Ecclesia Christi inserenda erit post caput undecimum. Simul autem Rmi. P. P. monentur ut ii, quibus super eodem capite undecimo et super praedicta formula, nec non super canonibus 14, 15, 16 aliquid observandum videbitur. animadversiones suas scripto tradant Secretario Concilii intra decem dies, nempe a die octava usque ad diem decimam septimam Martii inclusive iuxta Decretum 20 Februarii proxime elapsi. Ex Secretaria Concilii Vaticani die 6 Martii 1870. Josephus Ep. S. Hippolyti Secretar. Concilii Vatic.

W tłomaczeniu polskim brzmi formuła powyższa tak:

„Rozdział dodatkowy do dekretu o prymacie rzymskiego Papieża, orzekający iż Papież rzymski w definiowaniu rzeczy wiary i moralności mylić się nie może

„Święty kościół rzymski posiada najwyższy i zupełny prymat i pierwszeństwo nad całym Kościołem katolickim, uznając prawdziwie i pokornie, iż go otrzymał od samego Pana w świętym Pietrze, książęciu apostołów, którego rzymski Papież jest następcą, z pełnią władzy; a jak przedewszystkim ma bronić prawdy wiary, tak i gdyby powstały niejakie kwestye względem wiary, mają rozstrzygać się jego sądem, i że Pana naszego Jezusa Chrystusa wyrok nie może być pominion, który rzekł: „tyś jest Piotrem itd.“ Co powiedziano, tego skutki dowodzą, albowiem u Stolicy Apostolskiéj zawsze była zachowana niepokalana katolicka religia i nauka zawsze sławiona:

„Zaczym z przyzwoleniem świętego Soboru uczymy i jako dogmat wiary definiujemy że za boską obecnością rzymski Papież, o którym w osobie św. Piotra powiedział tenże pan nasz Jezus Chrystus: „ja za tobą prosiłem itd.“, gdy występując w urzędzie najwyższego wszystkich chrześcian nauczyciela z władzy definiuje co w sprawach wiary i moralności cały Kościół ma trzymać, mylić się nie może; i że ta prerogatywa bezbłędności czyli nieomylności rzymskiego Papieża odnosi się do zakresu tegoż samego, do którego rozciąga się nieomylność Kościoła.

„Gdyby zaś kto śmiał twierdzić przeciwnie czego Boże uchowaj, téj naszéj definicyi, niechaj wie że odpada od prawdy wiary katolickiéj i od jedności Kościoła.“

Wielu Biskupów, nie mogąc w Wielki Czwartek znajdować się w swoich dyecezyach, a następnie święcić Olejów św., prosiło Ojca św., żeby téj niedogodności zaradził. Ojciec św. zezwolił owoż używać Olejów z przeszłego roku tam, gdzieby nie było Biskupa lub nie

---

[1]) Ex professione fidei edita a Graecis in Conc. oec. Lugdun. II.

[2]) Math. 16, 18.

[3]) Ex formula S. Hormisdae Papae subscripta a Patribus Conc. oec. VIII. Constantinop. IV.

[4]) Luc. 22, 32.

można z sąsiedniéj dyecezyi dostać tegorocznych Olejów. Oto dekret Kongregacyi Obrzędów:

Decretum.

Nonnulli Sacrorum Antistites qui oecumenico Concilio Vaticano intersunt praevidentes se a propriis dioecesibus fore absentes Feria V in coena Domini anni hujus ac proinde sacra Olea in usum earumdem dioecesium ea Feria consecrare non posse, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX obsequentissime exquisierunt, ut huic necessitati providere dignaretur. Eorum autem precibus subscripto Sacrorum Rituum Congregationis secretario eidem Sanctissimo Domino Nostro fideliter relatis, Sanctitas Sua perpendens etiam sententias tum alterim ex apostolicarum caeremoniarum Magistris, tum Rmi Domini ejusdem Sacrae Congregationis Assessoris, qui prae oculis habuerunt concessiones in peculiaribus et similibus casibus factas; suprema auctoritate sua derogando ab Ecclesiasticis hac de re praescriptionibus indulsit, ut in dioecesibus in quibus non adsunt Rmi Ordinarii, si titularis aliquis Episcopus non inveniatur, vel a vicinis dioecesibus Olea sancta hoc anno consecrata haberi facile nequeant, vetera Olea superioris anni adhiberi valeant in benedictione Fontis Baptismalis tum in Sabbatho Pentecostes, nec non in solemni collatione Baptismatis ac in ungendis infirmis.

Rmi autem ipsi Ordinarii monere curabunt quamprimum illos ad quos spectat de praedicta Apostolica Dispensatione, ut Olea sacra non deficiant: infundendo etiam, urgente necessitate, partem modicam et minoris quantitatis Olei non benedicti in Oleis benedictis. Sanctionibus quibuscumque ac Decretis in contrarium disponentibus minime obstantibus.

Die 17 Februarii 1870.

C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae.

Card. Patrizzi *S. R. C. Proef.*

D. Bartolini, S. R. C. *secretarius.*

Loco † Signi.

Krótko przed rozpoczęciem Soboru, Jenerał Dominikanów prosił był Ojca św., by na czas trwania Soboru większemi jeszcze zbogacił łaskami nabożeństwo Różańca św., ażeby tym sposobem zachęcić wiernych do żarliwszych modłów do téj, która sama jedna wszystkie herezye wytępiła — i aby i obecnie silną swą opieką przyszła w pomoc watykańskiemu Soborowi. Ojciec św. nadał tedy odpust zupełny tym wszystkim, co przynajmniéj pięć dziesiątek Różańca odmówią, odwiedzą kościół lub kaplicę publiczną i tam się pomodlą o błogosławieństwo dla Soboru, według intencyi Ojca św. oraz spowiedź odprawią i komunią św. przyjmą.

I ten dokument zamieszczamy:

Pius PP. IX.

Ad Futuram Rei Memoriam. Egregiis Sui Ordinis Institutoris excitatus exemplis, ejusque vestigia sequi prae oculis habens dilectus filius Vincentius Jandel, Ordinis Fratrum Praedicatorum Magister Generalis, humiliter Nobis exponendum curravit, maximum rei christianae emolumentum fore obventurum, si quoquot sunt in orbe fideles ad frequentiorem hodiernis diebus Rosarii C. M. V. recitationem allciantur. Quemadmodum enim *S.* Dominicus illa precatione tamquam gladio invicto ad nefariam Albigensium haeresim confrigendam, quae christianae reipublicae pacem et tranquillatem pessumdare minabatur, usus est, sic fideles hoc veluti armutarae genere instructi, nempe quotidiana Rosarii B. M. V. recitatione, ut tot errorum monstra in praesens undique grassantia potenti Deiparae immaculatae subsidio, et Concilii Oecumenici Vaticani a Nobis indicti mox auspicandi auctoritate, convellantur, eradicentur, facilius erunt consecuturi. Quo vero id certius fiat, enixe a Nobis petiit, ut Indulgentiis, quae a Summis Pontificibus Praedecessoribus Nostris jam fidelibus illa precandi formula Rosario nuncupata utentibus concessae sunt, alias quoque adjicere de Benignitate Nostra dignaremur. Nos, qui a Nostra prima aetate, ac praesertim cum in hanc B. Petri Cathedram, benignissimo Deo sic jubente, ascendimus, Nostram fiduciam in Bma Dei Matre Maria totam posuimus, Eique soli a Deo datum fuisse, ut cunctas in universo mundo haereses interimeret, pro certo habentes, piis precibus Nobis oblatis ultro obsecundare, ac ut infra indulgere voluimus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui, donec Concilium Oecumenicum Vaticanum perduraverit, singulis cujusquae hebdomadae diebus saltem quinque decades Rosarii devote recitaverint, servatis quoque, quae in ejus recitatione alias injuncta sunt, insuper vero poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet Ecclesiam, seu Oratorium publicum visitaverint, ibique pro felici Concilii Oecumenici Vaticani exitu, et juxta mentem Nostram pias ad Deum preces effuderint, qua hebdomada id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus Concilio Generali et Oecumenico Vaticano perdurante valituris Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sua Annulo Piscatoris die III. Decembris MDCCCLXIX, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo quarto. — N. Cardinalis *Paracciani Clarelli.*

W niektórych pismach kościelnych pojawił się wykaz wszystkich schematów przygotowanych przez teologów i kanonistów. Wykaz ten rozpada się na IV działy. Pierwszy zawiera schemata o wierze, drugi o karności kościelnéj, trzeci o zakonach, czwarty o obrządkach wschodnich i o misyach. Z tego spisu, który poniżéj ogłaszamy, można widzieć, jak rozległe jest pole przedmiotów, jakiemi się Ojcowie Soboru zajmują.

Index schematum, quae a Theologis et ecclesiastici juris consultis praeparata fuerunt

I. Circa fidem.

Schema I. De doctrina catholica contra multiplices errores ex rationalismo derivatos.

Pars prima. Professio doctrinae catholicae: 1) Contra ma-

terialismum et pantheismum: 2) Contra rationalismum absolutum.

Pars secunda. Declaratio doctrinae catholicae contra principia semirationalismi. A. De revelatione supernaturali: 1) De fontibus revelationis in Scriptura et Traditione; 2) De necessitate revelationis; 3) De objecto superrationali revelationis sive de mysteriis. — B. De fide divina: 1) De distinctione fidei divinae a scientia rationali; 2) De motivis credibilitatis pro fide christiana; 3) De supernaturali virtute fidei, et de libertate voluntatis in fidei assensu; 4) De necessitate et supernaturali firmitate fidei. — C. De relatione inter fidem et scientiam; 1) De ordine scientiarum ad fidem et ad auctoritatem Ecclesiae custodientis depositum; 2) De incommutabili veritate doctrinae Eccclesiae prae quavis scientiarum transformatione.

Pars tertia, Declaratio doctrinae catholicae contra errores circa specialia dogmata: A. Doctrina de Deo: 1) De unitate divinae essentiae in tribus personis realiter inter se distinctis; 2) De divina operatione ad extra communi tribus personis, et de Dei libertate in creando. — B. Doctrina de Verbo incarnato: 1) De una divina persona Christi in duabus naturis; 2) De redemptione et satisfactione a Verbo incarnato pro nobis praestita secundum humanam suam naturam. — C. Doctrina de homine secundum naturam spectato: 1) De communi origine totius generis humani ab Adam; 2) De natura hominis composita ex corpore et anima rationali ut forma corporis humani. — D. Doctrina de hominis elevatione supernaturali: 1) De supernaturali statu sanctitatis et justitiae originalis; 2) De hominis lapsu et de peccato originali; De aeternitate poenae destinatae peccato letali in hac vita non expiato; 3) De gratia, quae nobis per Christum Redemptorem donatur; De habituali gratia permanente et animae inhaerente; De necessitate gratiae ad quemvis actum salutarem.

Schema II. De ecclesia Christi.

Pars prima. De Ecclesia in se spectata: A. De natura Ecclesiae: 1) Ea est corpus Christi mysticum; 2) In ea exstat concreta religio christiana unice vera, quae ab Ecclesia seiuncta consistere nequit. — B. De proprietatibus Ecclesiae. ut est societas: 1) Ecclesia est societas vera, perfecta, spiritualis. et supernaturalis: 2) Est societas visibilis; 3) Ecclesia visibilis est una, in se penitus cohaerens; 4) Ecclesia est societas necessaria ad aeternam hominum salutem, necessitate tum praecepti tum medii: 2) Extra Ecclesiam nemo salvatur; hinc sicut rationi, ita fidei christianae repugnat doctrina de religionum indifferentia. — C. De dotibus Ecclesiae, ut ea perennis est: 1) De Ecclesiae indefectibilitate; 2) De Ecclesiae infallibilitate. 3) De Ecclesiae potestate: Est in Ecclesia vera potestas non solum ordinis sed etiam jurisdictionis: legifera, judiciaria, coercitiva, eaque independes.

Pars secunda. De visibili Ecclesiae capite. A. De primatu Romani Pontificis: 1) De institutione primatus in B. Petro; 2) De primatus perpetuitate in B. Petri successoribus, Romanis Pontificibus; 3) De hujus primatus divinitus instituti natura. — B. De. temporali S. Sedis dominio.

Pars tertia. De Ecclesia spectata in suis ad societatem civilem relationibus. 1) De utriusque societatis concordia. 2) De civilis potestatis iuribus et officiis secundum doctrinam Ecclesiae catolicae. 2) De specialibus Ecclesiae iuribus: circa christianam institutionem et educationem juventutis; circa publicam confessionem consiliorum evangelicorum; circa ecclesiastica bona temporalia.

Schema III. De Matrimonio christiano.

1) De matrimonii christiani dignitate et natura; 2) De Ecclesiae circa matrimonium christianum potestate; 3) De matrimonii bonis, in comporatione cum coniugiis quae mixta dicuntur.

II. Circa disciplinam Ecclesiasticam.

1) De Episcopis, Synodis Provincialibus et Dioecesanis, et de Vicariis Generalibus. 2) De Sede Episcopali Vacante. 3) De Capitulis Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum, ubi de Canonicorum officiis et qualitatibus. 4) De Parochis, ubi de modo conferendi parochiales Ecclesias, de parochorum officiis, eorumque remotione. 5) De vitae honestate Clericorum. 6) De Seminariis ecclesiasticis, ubi de methodo studiorum, et graduum collatione. 7) De collationibus Ecclesiasticis. 8) De praedicatione verbi Dei. 9) De parvo Catechismo. 10) De oneribus Missarum aliisque piis dispositionibus. 11) De usu Ritualis Romani. 12) De administratione Sacramentorum. 13) De Patrinis. 14) De titulis Ordinationum. 15) De impedimentis cognationis legalis, publicae honestatis, et affinitatis. 16) De matrimonio quod vocant civili. 17) De matrimoniis mixtis. 18) De domicilio et quasi domicilio ad effectum matrimonii. 19) De coemeteriis et sepulturis. 20) De iudiciis, et praxi servanda. 21) De modo procedendi ex informata conscientia. 22) De emendandis populi moribus ac speciatim de indifferentismo, blasphemia, ebrietate, impudicitia, theatris, choreis, luxu, pravorum librorum ac imaginum diffusione, necnon de educatione filiorum familias, de operariis aliisque famulatum praestantibus. 23) De sanctificatione festorum 24) De abstinentia et ieiuno. 25) De duello. 26) De suicidio. 27) De magnetismo et spiritismo. 28) De occultis societatibus.

III. Circa ordines regulares.

1) De Regularibus in genere. 2) De voto obedientiae. 3) De vita communi. 4) Dd clausura. 5) De parvis conventibus 6) De Noviciatu, et de Novitiorum ac Neo-professorum institutione. 7) De affiliationibus. 8) De studiis Regularium. 9) De gradibus et titulis. 10) De ordinatione Regularium. 11) De electione Regularium. 12) De visitatione Regularium. 13) De expulsione Regularium incorrigibilium. 14) De Jurisdictione Episcoporum in Regulares praesertim deliquentes. 15) De Monialibus. 16) De Institutis Votorum simplicium. 17) De spiritualibus exercitiis. et sacris recessibus. 18) De Privilegiis.

IV. Circa res Ritus Orientalis et Apostolicas Missiones.

Nonnulla ex iis, quae Ecclesias ritus Orientalis respiciunt. in schematibus de Disciplina ecclesiastica et de Regularibus suis quaequae locis inserta sunt; insuper sequentur duo schemata;

1) De Ritibus. 2) De Missionibus Apostolicis.

Dwaj bracia Lemanowie, którzy przed kilku laty z mozaizmu przeszli na wiarę katolicką i są obecnie kapłanami w dyecezyi lugduńskiéj, nie wyrzekli się wielkiéj miłości do ziomków swoich. Czynią oni usilne zabiegi, żeby naród ten twardy, uparty a zły, jak mówi jeden z naszych poetów, przywieść do poznania prawdy. Wydali dzieło znakomite o Messyaszu, pisują do poważnego organu wierzących żydów we Francyi, *L'Univers israelite* prowadząc dyskusyą uczoną z naczelnym redaktorem, chcąc go przekonać, że napróżno synowie Abrahama czekają przyjścia Mesyasza, bo ten już przyszedł w pełności czasów — teraz ogłosili w języku łacińskim prośbę do Ojców Soboru, aby zajęli się losem ludu żydowskiego i zawezwali go do jedności katolickiéj, żeby krok ten uczynili naśladując

„ojca owego syna marnotrawnego, którego gdy ujrzał, wzruszył się litością, a przybiegłszy, upadł mu na szyję i całował go.“ Prośba ta gorąca, rzewna, tchnąca najżywszą miłością do dzieci Izraela, których dziś już nie oddziela od społeczeństwa chrześciańskiego ni *Ghetto* ni *Talmud,* — dziś Izrael zarażony racyonalizmem i indyferyntyzmem — pełna prześlicznych cytatów z Pisma św. przemawiających do serca i nakłaniających do zajęcia się sprawą Żydów — znajdzie bez wątpienia uwzględnienie ze strony Ojców Soboru.

Oto tekst téj odezwy:

Eminentissimi et Reverendissimi Patres.

Supra fores sanctae conciliaris aulae haecce Christi verba legere est: Docete omnes Gentes.

Hanc autem superscriptionem cuique legenti perhibetur Vestra in varios humanae familiae ramos sollicitudo; simulque exinde nos ipsi, Abraham filii et nunc, miserante Deo, Christi sacerdotes, vires et animum hausimus ad Vos accedendi, piissimam Vestram deprecaturi misericordiam pro Hebraeorum gente nostra.

Quoties fas Ecclesiae fuit evangelicam afferre lucem sedentibus in umbra mortis, officio divino non defuit. Et si quando populum aliquem non potuit coelestibus illuminare doctrinis, credendum est quadam quasi impossibilitate ipsius zelum infructuosum remansisse: quod ita, novemdecim per saecula, sese habuit circa infelix Israelitarum genus.

Hodie vero, aperto divinae Providentiae interventu, vetera cessasse videntur obstacula. Jam ab ineunte saeculo, gentis nostrae conditio immutata omnino fuit, sive quoad civilia, sive quoad religionem.

Si enim ad Judaeorum in exteriori societate statum praesentem attenderimus, ipsos in fere qualibet Occidentis regione immixtos indigenis animadvertemus, communique degentes sub regimine politico. Murus hic separationis, qui *Ghetto* nomen habuit, quo utique ipsi Judaei, in Aevo medio, circumdari voluerant et protegi, multis jam ab annis cecidit: in ipsa Roma magnificus noster et gloriosus Pontifex-Rex, Pius nonus, statim ac Petri ascendit cathedram, portam divisionis tolli jussit; nec Pastorum optimus ingratos et beneficii immemores habuit; Israelitas enim nuper auribus nostris audivimus dicentes ex gratitudine: „Vere nobis Angelus est Pius nonus!“

Item, sub religionis respectu, ingens apud Judaeos mutatio facta est. Dum enim, ex una parte, materiali muro a civili secernerentur societate, ex altero non minus a Christianorum lege et moribus remotos tenebat eos liber ille, quem *Talmud* inscribunt titulo. Nunc vero, postquam societatem cum Christianis inierunt, ipso facto impelluntur ad amplectendum, relicto *Talmudismo,* alios mores aliudque symbolum: et reipsa, quum Occidentis populi in *Rationalismum* vel *Indifferentismum* delapsi fuerint, Israelitae, in partem eorum societatis admissi, eadem pessima progrediuntur via.

Haecce quum ita se habeant, scilicet quum Israelitae in civili societate magni momenti partes impleant, cumque, relicta fide patrum, abstracti et illecti, detestabiles subeant doctrinas, persuasum habuimus, Eminentissimi et Reverendissimi Patres, zelum salutis animarum necnon amorem gentis nostrae a nobis exigere, ut, humillime ad Vestra provoluti genua, Vestram deprecemur misericordiam pro fratribus nostris, Abraham filiis.

Instanter igitur, Eminentissimi et Revendissimi Patres, a Vestra exposcimus misericordia, ut dignemini, e sacrosancto Vestro Concilio, Hebraeos paterna quadam invitatione praevenire; tali enim indulgentia, licet fortasse haud tam cito ventura sit totalis eorum ad Christum conversio, illum imitabimini pium patrem de quo ait Evangelista: *„Quum adhuc* (filius prodigus) *longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidet super collum ejus.*

Utique Eminentissimi et Reverendissimi Patres, fratrum nostrorum efficaciter miserebimini, quia Judaei semper sunt Deo *carissimi propter patres,* quia *ex eis est Christus secundum carnem.*

Miserebimini, memores potentissimae hujus adhortationis quam ad Judaeos ab apostolatus initio direxit S. Petrus, ante cujus gloriosum sepulcrum vos nunc congregamini.

Miserebimini, hujus participes continui doloris, quem sic divus Paulus exhalavit: *Tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo; optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognoti mei secundum carnem, qui sunt Israelitae.*

Miserebimini, ne dum omnes orbis nationes Sacrosanctum Concilium Vaticanum sub alas comprehenderit, ab earum consortio absit populus ille cui gemebundus ait Christus: *Jerusalem, Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas!*

Miserebimini tandem, o Clementissimi Patres, ut soror nostra, quam ipse dilectissimus Pontifex nuper Immaculatae decoravit diademate, beata Virgo Maria, optatissimo sibi gaudio materna inter viscera perfundatur, quando supremum sublimis sui cantici suspirium sensuerit exauditum: *Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in saecula.*

Josephus Lemann Augustinus Lemann
e clero dioecesis Lugdunensis

Romae, die XX Januarii, MDCCCLXX.

anniversaria Beatae Virginis Immaculatae Apparitionis

in Ecclesia S. Andreae *della Fratte.*

Nakładzca i Redaktor ks. Stagraczyński w Poznaniu. — Czcionkami drukarni Tygodnika katolickiego (A. Schmaedicke) w Poznaniu. W komisie L. Streisandta w Grodzisku.